I

Band I., Nr. 106, Seite 122-123

Salomon und seine Mutter Meginrada geben für ihr und der Ihrigen Seelenheil Güter in Nusplingen, Frohnstetten und Winterlingen unter genannten Bedingungen an das Kloster St. Gallen.

Nusplingen, 842. August 29.

Si aliquid de rebus nostris pro dei amore ad aliqua loca venerabilia sanctorum conferimus, hoc nobis procul dubio in ęterna beatitudine retribuere confidimus. Igitur ego in dei nomine Salomon, una cum matre mea Meginrada, in amore domini nostri Ihesu Christi et ob refrigerium animae meae patrisque mei ac matris nec non et fratrum seu parentum meorum, trado ad monasterium sancti Galli, quicquid in istis subter nominatis locis, id est, Nuspilingun[1] et Frunstet, et Uuintarfulinga[2], contra fratrem meum in portionem accipere debeo, seu etiam si ipsa portio fratris mei mihi in hereditatem proveniet, cum omni integritate; id est, mancipiis, campis, pratis, pascuis, silvis, viis, aquis aquarumque decursibus, seu quicquid dici aut nominari potest, ad iam dictum coenobium volo esse tradita ac delegata. In ea ratione, ut easdem res ad me recipiam, censumque inde annis singulis solvam, id est denario[s] VI; et si redimere voluero, quandocumque mihi placuerit, cum X solidis id agam. Si autem legitimus heres mihi genitus fuerit, et ego ante non redemero, easdem res habeat censumque inde solvat, id est unius servi redibitionem per annos singulos. Et si voluerit redimere, cum V solidis id agat. Si autem absque herede obiero, tunc mater mea in eundem censum, id est unius servi redibitionem, ipsas res possideat tempus vitę suae. Post illius vero obitum frater meus David et soror mea Meginrat, vel illorum legitimi filii in denominatum censum, id est unius servi debitum, ipsas res habeant, et si voluerint redimere, infra X annos cum duobus uueregoldis redimant. Si autem infra X annos non redemerint, tunc absque ullius coiitradictione ad iam dictum monasterium redeant in ęvum possidendę. Ita dumtaxat, ut ipsa mancipia non cogantur in ebdomada tres dies operare, sed tantum duos; addito, ut nulli umquam in beneficium dentur. Quod si datę fuerint, proximo heredi meo in hereditatem sibi vindicare liceat, atque hereditario iure possidere. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ego ipse, aut aliquis ex heredibus meis, aut quęlibet

[1] Nusplingen, Nusplingen, BL, oder aber Nusplingen, Stetten am kalten Markt, SIG; vgl. Michael Borgolte (Hrsg.): Subsidia Sangallensia: Materialien und Untersuchungen zu den Verbrüderungsbüchern und zu den älteren Urkunden des Stiftsarchiv St. Gallen, Bd. 1, St. Gallen 1986 (Sankt Galler Kultur und Geschichte, 16), Bd. 1, S. 393, Anm. 385.

[2] Winterlingen, Winterlingen, BL.

persona, quę presentem cartam firmitatis inrumpere conatus fuerit, affectum quem inchoavit, non obtineat, et in ęrrarium regis persolvat C solidos auri, et nihilominus presens cartula omni tempore firma et inviolata perduret, cum stipulatione subnexa. Actum in villa Nuspilingun, publice, presentibus istis. Signum Salomon et Meginrat matris eius, qui hanc cartam fieri et firmare rogaverunt. signum Amalbert. signum Erminolt. signum Hiro. signum Egilolf. signum Erhart. signum Chunimunt. signum Heimo. signum Rihram. signum Hartarat. signum Rodpret. signum Anno. signum Rodker. signum Ekihart. signum Alauuic. signum Otinc. signum Hertinc. signum Perahtram. Ego itaque Cozpertus anno VIIII. Hludouuici regis, die Martis, IIII. Kalendas Septembris[3] rogatus scripsi et subscripsi, *(Rekognitionszeichen)* sub Alboino comite.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

[3]Dienstag, der 29. August, fällt in das Jahr 842. Dazu passt das neunte Königsjahr Ludwigs, wenn von dem vollendeten Jahr 833 an gezählt wird.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:
Stiftsarchiv St. Gallen

Signatur/Titel des Originals:
Urk. St. Gallen III. 175

Editionen:
Codex traditiones monasterii S. Galli. Traditio paulo post mortem S. Galli facta, [Sankt Gallen] [circa 1700], S. 227. Neugart: Codex diplomaticus, Bd. 1, Nr. 303 (Auszug). Hermann Wartmann (Bearb.): Urkundenbuch der Abtei Sankt Gallen, 4 Bde., Zürich und St. Gallen 1863-1899 [unveränd. ND Frankfurt am Main 1981], Bd. 2, Nr. 385, S. 4 f.

Weitere Angaben

Sprache:
Lateinisch

Ausstellungsort:
Nusplingen

Ortsindex:
Frohnstetten Wohnplatz (21363)

Frohnstetten, Stetten am kalten Markt, SIG

Nusplingen Wohnplatz (16473)

Nusplingen Wohnplatz (21366)

Nusplingen, BL

Nusplingen, Stetten am kalten Markt, SIG

St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz

Winterlingen Wohnplatz (16553)

Winterlingen, BL